

Ex Additionibus.

- 1 An dispositio l. si vnquam, 8. C. de reuocan. donat. locum habeat in donatione ob causam.
- 2 Et an procedat in legatis, remissione.
- 3 An item locum habeat in donatione causa mortis.
- 4 An & quatenus, si filius naturalis legitimetur, donatio reuocetur.

ADDITIONES.

QVÆST. XXIII.

Appositum sit iuramentum. Adde, atque vide per Socin. consil. 22. volum. 3. Corn. consil. 176. in fin. volu. 2. Franc. Aret. consil. 24. quattuor dubia, col. 1. Rom. in consil. 269. non est dubium, & 26. pro decisione Boer. dicta deci. 159. Et plenius de istius legis dispositione dixi in regul. iur. contract. atq. etiam in lib. iuris intellect. colle. Giach.

b *Rebus sic stantibus.* Item quod in quacunq. dispositione semper subintelligatur ista tacita conditio, & interpretatio, rebus, & terminis sic stantibus, atque se habentibus: secus si contingat mutatio aliqua, per quam a tali dispositione recedi oporteat per Crauettam consil. 25. num. 1. consil. 264. col. antepenult. in princip. Dec. consil. 335. numer. 3. Rom. in l. final. ff. qui iacta. cog. Alban. consil. 76. num. 2. & 77. num. 31. Rolan. plene consilio 1. volum. 2. Nat. consil. 548. numero 21. ubi idem etiam in casu iurato idem intelligitur, cum superuenit aliquid noui, quod nullo modo extabat, nec de quo fuerat cogitatum, vt per Menoch. in consilio 219. num. 29. Et de viribus istius clausulæ, vide etiam per Afflic. 328. sub numero quarto. Giach.

c *Locum habeat etiam in donatione ob causam.* Quod t. Decisio l. si vnquam. 8. C. de reuocand. donat. non procedat in donatione ob causam, & in donatione remuneratoria, quæ non sunt proprie donationes, post Clarum nostrum, & per cum citatos, notauit Petrus Nicolaus Mozzius in tracta. de donat. tit. vltim. num. 80. Harprec.

d *An t. dispositio d. l. habeat locum etiam in legatis.* De hac quaestione latissime (relatis vtrunque in partem infinitis fere Doctorum auctoritatibus)



Sed etiam in donatione ob causam? Respon. quod sic. Ita tenet Bart. in d. l. si vnquam. in 3. quaest. & lib. 3. responsorum. e. 15. nu. 17. Paris. consil. 72. nu. 15. lib. 1. Nam iuramentum semper intelligi debet rebus sic stantibus: merito vbicunq. post dispositione iurata tale quid superuenit, quod tempore iuramenti prescripti verisimiliter dispositionem ipsam impediuisset, non debet iuramentum aliquid operari: hoc procul dubio procedit, ubi in tali donatione iurata non fuerit in specie, nec in genere renuntiatum dispositione l. si vnquam. Et in hoc omnes conveniunt, vt dicit Tiraquel. in prafat. d. l. si vnquam. nu. 174. Si vero fuerit renuntiatum, dixi supra versicul. Tertio inferitur.

Quero etiam, an dispositio d. l. si vnquam habeat locum etiam in donatione facta Ecclesiæ? Respon. quod sic: verum, cum ecclesia regulariter sit locus filij, vt dixi infra lib. 7. S. Ecclesia. non reuocatur, nisi vsque ad legitimam filij postea natis competentem, vt in donatione facta vni ex filiis, dixi supra quest. prox. vers. Sed quid si pater. Ita tenet Bart. in d. Imperator. num. 9. & est communis opin. vt ait

- 5 An donatio reuocalescat, si liberi post donationem nati vno testatore moriantur.
- 6 Actio semel extincta euentu non reuocatur.
- 7 Res inuito domino auferri non potest.
- 8 Quo actionis genere res donata natis postea liberis, reuocetur?
- 9 Conditio ex tacita donatoris, & donatarij conuentione competit.

Socin. consil. 53. post num. 6. lib. 4. Ripa in repet. d. l. si vnquam, quest. 49. Rub. in repet. d. l. Imper. nu. 226. Fortun. in tract. de vltimo fine, illatione 16. Didac. lib. 1. resol. c. 19. post num. 5. vers. Questioni. Hac tamen opinio mihi semper visa fuit dura. Nam monasterium non habetur loco filij, nisi in casibus à iure expressis, vt dixi in allegato S. Ecclesia. tamen in practica credo, quod ecclesia obtineret, nisi Episcopus vellet secundum conscientiam restituere totam donationem: & iudicio meo, si id faceret, bene, & laudabiliter faceret, vt nonatur in c. fi. 17. q. 4.

Item quero, an dispositio d. l. si vnquam, locum habeat etiam in donatione ob causam? Respon. quod non. Et est communis opin. vt dicit Socin. in l. 2. in princ. eolum. 1. vers. Secundo respon. ff. solutio mar. Ias. consil. 17. l. num. 1. in fin. lib. 4. Nam huiusmodi donatio cum habeat causam annexam, non autem fundata sit in sola liberalitate: non debet propter aliquid aliud, q. superueniat, reuocari. Sed hoc intellige, quatenus causa æquiualeat donatione. Nam in eo, quod excedit, non censetur donatio ob causam, sed donatio simplex. Eademq. ratione dispositio d. l. si vnquam, non habet locum in donatione remuneratoria. Ita tenet Bal. in d. l. si vnquam, in 2. lectura. Et est communis opinio, vt ait Deci. consil. 396. nu. 10. & dicit Ias. consil. 154. num. 2. in fin. lib. 2. quod ab ista sententia nemo discrepat. Ripa in d. l. si vnquam. q. 14. Talis enim non dicitur proprie donatio, vt dixi supra q. 3. Intellige tamen, quatenus merita æquiualeat donationi, iuxta ea que statim dixi.

Alterius quero, an dispositio d. l. habeat locum etiam in legatis? dixi supra lib. 3. S. legatum.

Successive quero, an habeat locum etiam in legitimatione filij spurij, vel naturalis, vt scilicet talis legitimitio per superuenientiam filiorum legitimorum, & naturalium reuocetur? dixi supra, lib. 2. S. filius.

Sed quero, nunquid dispositio d. l. si vnquam, locum habeat non solum quando post donationem nascuntur filij legitimi, & naturales, sed etiam quando nascitur filius naturalis tantum, qui postea legitimitur, ita vt etiam eo casu donatio iam facta reuocetur? Respon. quod sic. Ita tenet Ioan. Andre. in additio. ad Specul. de success. ab intestato circa fin. in Apoll. magna.

agit, & disputat Andreas Tiraquellus in repetitio. dict. leg. si vnquam. 8. Co. dice de reuocand. donation. in verbo donatione largitus, numero 259. & aliquot subsequentibus.

Sed t. quid de donatione causa mortis sentiendum? Et quod dicit. l. 8. dispositio in illa non procedat, arguit decisio Pedemontan. in decisione 120. cum loquatur in propria donatione: donatio autem causa mortis sit impropria. Atque hanc esse veram, & magis communem opinionem a testatur Cacheraeus in dicta decisio. 120. eumque laudans Mozzius dicit. tit. vlt. num. 82. Idque post alios explicatius persequitur Tiraquellus in d. verbo, donatione largitus, numer. 246. & seqq. Verum contrarium non sine ratione statuit Don. Bocer. in Commentar. de donationib. c. 5. num. 63. & Thadeus liso, lib. 4. variat. resol. c. 5. num. 33. & seqq. Harpr.

An t. habeat locum etiam in legitimatione filij spurij, vel naturalis. An, & quatenus, si filius naturalis legitimetur, donatio reuocetur post alios, quos citat Mozzius dicto tractatu de donationibus, titulo vlt. nu. 85. & sequentibus. Harprec.

- 1 Nunquid propter illorum mortem donatio ipsa reuocalescat? Respon. Si liberis natis donatio fuerit reuocata, sed idem liberi postea decesserint: non inutiliter quaeritur, an donatio reuocalescat, adeoque res donata ad priorem donatarium reuertatur? Affirmatiuam opinionem amplectuntur, præter Clarum hoc loco, Ant. Gomez. to. 2. uar. resol. c. 4. nu. 12. & Petr. Nic. Mozz. d. tit. vlt. nu. 90. Sed eorum sententia, qui donationem semel extinctam non amplius, liberis defunctis, reuocare statuit, probabilior videtur. Tum quia actio, quæ donatario competebat, per liberorum superuenientiam semel extincta, euentu, siue morte liberorum eorundem subsecuta, reuocari nequit, argum. l. qui res suas. 68. S. aream. ff. de solutionib. l. Maruius. 66. S. i. ff. de leg. 2. Tum quia, natis liberis, res donata propriae donatoris effectus sunt: ac proinde ut donatarij rursus fiant propriae, noua donatione opus est. Neque enim res semel arbitrio, & dominio donatoris subiecta, ipsi inuito adimi potest, id. quod nostrum 11. de reg. iur. Tum denique quia donatio ista facta intelligitur sub tacita hac conditione, si liberis postea donator non susceperit. Atqui hæc conditio natis liberis, confessim deficit, licet liberi postea moriantur, l. filius familias 114. S. cum erit 13. ff. del. 1. l. heredit. 77. in princ. ff. ad S. C. Trebellian. Quibus rationibus addeda est auctoritas Bart. in l. Titia 87. S. Imp. 3. ff. de l. 2. Donell. ad d. l. si vnquam 8. n. 9. C. de reuoca.
- 2 Magna. Et est communis opin. vt dicit Paris. consil. 72. nu. 21. lib. 1. Huiusmodi enim filij æquiparantur legitime natis: & ideo disposita in legitimis etiam in istis locum habent.
- 3 Sed quid si filius naturalis iam esset natus tempore donationis, sed post donationem fuerit legitimatus, nunquid donatio reuocabitur propter illius legitimationem? Respon. quod non. Et est communis opin. vt dicit Paris. in alleg. consil. 72. nu. 24. Hoc enim casu nulli dubium esse potest, quin de ipso filio iam nato, & etiam de eius legitimatione verisimiliter testator cogitauerit.
- 4 Præterea quero, nunquid huiusmodi reuocatio donationis, quæ fit ex dispositione d. l. si vnquam. fiat ipso iure, immediate quod nascuntur filij? Respon. quod sic. Ita expresse colligitur ex verbo, Reuertatur, posito in ipsa lege, quod importat dispositionem legis, nullo hominis ministerio interueniente. Ita tenet gl. fin. in d. l. si vnquam, & ita communiter fere ab omnibus tenetur, vt dicit Corn. consil. 4. circa princ. lib. 3. Hanc etiam opi. dicit esse communem Corn. consil. 11. in lit. R. libro 3.
- 5 Ultimo quero, ponit, quod donator susceperit liberos, illi tamen liberi ipso adhuc superstite moriantur, nunquid propter illorum mortem donatio ipsa reuocalescat? Respon. Bart. in d. S. Imper. nu. 10. tenet, quod non: sed in contrarium est magis communis opin. vt attestatur Rub. in d. S. Imper. nu. 249. & seq. Cessat. n. ratio coniecturate mentis donatoris, super qua fundatur dispositio d. l. si vnquam. Quæ quidem conclusio intelligenda est, vt procedat, quando pater mortuus filijs donationem ipsam tacite, vel expresse non reuocauit, alias secus.
- 6 Sed quid si pater quidem donationem non reuocauerit, imò permiserit semper donatarium res donatas possidere, nunquid poterunt eius hæredes donationem ipsam reuocare? Respon. quod non. Et hæc est magis communis opin. vt ait Rub. in d. S. Imperator. numer. 253. & sequenti. Videtur enim hoc casu donator satis declarasse voluntatem suam, quod nolebat donationem reuocare. Ideo illi non possunt eius hæredes contrauenire.

donat. Fachinei lib. 3. controu. iur. c. 90. Tiraq. in d. l. si vnquam, in verb. sciusscepit liberos, nu. 203. & aliorum, quos hic allegat, quibus ad stipulatur no. uiter D. Bocer. in Comment. de donationib. cap. 3. num. 135. qui ad dissentientium argumenta satis, abundeque respondet.

Illud hic obiter animaduertendum, quod res donata, natis postmodum liberis, per donatorem reuocetur, uel rei uindicatione, uel conditione, auctore Donello in d. l. si vnquam 8. n. 16. C. de reuocand. donat. C. n. ipso iure donator, suscepti liberis, dominium rei donatae receperit, ut ostendit hic Clarus nos. n. 8. eius dominij nomine aduersus donatarium, rerum donatarum possessorem, rei uindicationem competere, recte statuitur, l. in rem 23. in princ. ff. de rei uind. C. ditione quod attinet conditionem quod attinet, & coniecturata donatoris, & etenim donator sub hac tacita conditione, si liberis non susceperit, res suas alij cui donauerit: pater inde, sub contraria conditione, si liberis postea susceperit, non intelligitur donatum. Et quia hoc tacito sensu, & uoluntate donator dedisse præsumitur: censetur item donatarius hoc anima accepisse rem donatam. Hæc tacita conuentione obligationem, & actionem in personam, conditionem f. producti, actionem 25. ff. de oblig. & actionib. S. 1. Instit. de actionib. D. Boc. d. Comment. de donat. c. 3. n. 138. & seqq. ubi ea de re exquisitius dissertat. Harpr.

QVÆSTIO XXIV.

SVMARIA. Ex Claro.

- 1 Donatio inofficiosa facta vni ex filiis, vel etiam extraneo, potest per alios reuocari.
- 2 Et quid si sit inofficiosa re tantum, vel consilio tantum.
- 3 Et quid si sit iurata.
- 4 Et an filius, cui pater aliquid reliquit, possit donationem inofficiosam extraneo factam in totum reuocare.
- 5 Et quid si pater alienauit bona titulo oneroso, an sit locus reuocationi.

ADDITIONES.

QVÆST. XXIV.

Inofficiosa.] Et donatio inofficiosa quot modis dicatur, uide per Paulum Castren. in consil. 353. dubitatio. uol. 2. Socin. consil. 18. lib. 3. Item ad sciendum quæ sit inofficiosa, inspicitur tempus donationis, Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.

Dixi etiam, aliam esse causam, propter quam donatio possit reuocari, quando scilicet esset inofficiosa. Hæc est pulchra, & subtilis materia, & alias intellexi, quod magnificus D. Camillus frat.

Ex Additionibus.

- 1 Donatio inofficiosa parentum, & liberorum reuocari potest, siue in liberos siue in parentes, siue in extraneos sit collata.
- 2 Reuocanda donationis inofficiosa remedium an quoque fratri competat?
- 3 Querela inofficiosa donationis ad similitudinem querela inofficiosi testamenti introducta.
- 4 Donatio inofficiosa num tota reuocetur, an tantum pro ratione legitima.
- 5 Legitima liberis relicta querela inofficiosi testamenti submonet.
- 6 Donatio re, & consilio inofficiosa rescinditur tota, si in extraneum sit collata.
- 7 Qua actione inofficiosa donatio reuocetur.

ter meus adhuc valde iuuenis, cum ego nondum natus essem, disputauit in hac materia in ciuitate Alexandria centum conclusiones, per decem dies continuos, argumentantibus Doctoribus venerandi nostri collegij, qui eo tempore excedebant numerum 30. de

Craut. consil. 40. quem uide. Giach. Effet inofficiosa.] Adde hic, quod si donatio sit inofficiosa, puta, quia natis filijs pater donat bona sua extraneo, tunc reuocatur fauore filiorum. Si vero donatione facta contingat nasci filios, reuocatur

uocatur vsque ad legitimam. Item ibi donatio venit reuocanda per tit. de inofficiof. donatio. non reuocatur ipso iure ex praesumpta mente donantis. De istis tribus com. opinionibus vide in collect. mea commu. opin. verb. donatio, num. 7. 8. 9. Item donatio inofficiofa re, & consilio facta extraneo, an in totum reuocetur? vide per Tiraq. in l. si vnquam C. de reuoc. dona. f. 306. & Franc. Aret. conf. 47. Nec reuocatur a filiis per actionem Caluisianam, siue Favianam per Cor. conf. 78. col. 8. vol. 2. Item donatio tanquam inofficiofa reuocatur, quando etiam filius habuit legitimam suam titulo donationis: puta, mater donauit simpliciter filio suo centum, & postea donauit residuum bonorum pio loco; nam filius querelae potest, quia donatio sibi facta haud imputatur in suam legitimam: vide per Soc. in conf. 18. & seq. vol. 4. Vltimo scias quod donatio etiam inofficiofa ad pias causas reuocatur saltem vsque ad legitimam; vide per Iaf. in conf. 141. vol. 4. Item vide per Dec. in conf. 297. col. 1. vers. secunda cocl. 10. sit. Gouean.

b Distinguedi sunt nonnulli casus. De distinctione horum casuum videndus quoque est Petr. Nic. Moz. in tract. de donationib. tit. vlt. n. 91. Illud autem euidens est quod inofficiofa donatio non solum parentum, sed & liberorum reuocetur; si nimirum adeo immoderata sit, immodica, & immodica, vt liberis, aut parentibus legitima non sit relicta siue in extraneos, siue in liberos, siue in parces collata sit donatio. De liberis est l. 1. & fere totus tit. C. de inofficiof. dona. De parentib. est l. si filius. 4. C. eod. tit. Sed in quaestione vocatur: ecquid hoc reuocanda istius donationis beneficiu competat etiam fratri, consanguineo, siue Germani donatione inofficiofam? Et competere, verius est. Cu tenim haec inofficiose donat. querela ad similitudinem querelae inofficiose testamenti sit introducta. d. l. si filius. 4. in fi. & l. vlt. C. de inofficiof. donationib. consequens certe est, & hanc frat. consanguineo dari: cum etiam inofficiose testamenti querela non denegetur, turpibus personis institutis. l. fratres. 27. C. de inofficiof. test. Atque ita sentit Donellus lib. 19. Comment. de iur. ciu. c. 11. pag. 321. cumq; citans D. Bocer. in Commen. de donat. c. 3. nu. 105. edit. 2. Harprec.

qua disputatione mentionem facit, & illum appellat Iureconsultum acutissimum D. Rubens Alexandrinus conciuus meus, in epistola unucupatoria posita ante repetitionem, quam edidit super d. S. Imp. vbi eleganter tractat hanc materiam, & dicit, quod in illis circulis orta fuit contentio inter ipsum D. Ruben, & patrem meum, quem appellat Senatorem dignissimum, & Iureconsultum praestantissimum.

Scire debes, quod ad reuocandam donationem, vltra remedium l. si vnquam, de quo in precedentibus quaestionibus, est etiam a iure prodita querela inofficiose donationis, de qua toto titulo, C. de inofficiof. donat. & in d. S. Imper. Vt ergo bene intelligas hanc materiam, distinguendi sunt nonnulli casus. Aut enim quis donat extraneo omnia sua bona, vel eorum partem, quam verisimiliter, si de filiis cogitasset, non donasset: hoc casu per remedium d. l. si vnquam, ipsa donatio superuenientibus filiis donatarij in totum reuocatur, vt dixi in precedenti quaest. per totam quaest. Aut vero pater habens vnum filium, illi donauit omnia bona, vel eorum partem, quam verisimiliter non donasset, si alios filios suscipere cogitasset: hoc casu si alij superueniant, reuocatur vsque ad legitimam tantum. Et ita procedat tex. in l. si totas, C. de inofficiof. donat. vbi dixi supra q. 22. versic. Secundo inferitur. & haec duae reuocationes fundantur super verisimilitudine donantis.

Aut vero quis non agit ad reuocationem donationis, sub praetextu, quod verisimiliter donans si de ipsis filiis cogitasset, sed donationem non fecisset, sed tanquam quod donatio ipsa sit inofficiofa, & intellige, quod donatio tunc dicitur inofficio-

c Nunquam reuocatur, nisi vsque ad legitimam aliorum filiorum. Quod inofficiofa donatio parentis vni ex filiis facta, non tota reuocetur, sed tantum pro ratione legitimae reliquorum filiorum, liquido apparet ex d. l. ibi, quartam partem non habentibus, l. 2. ibi, vt tibi quartam partem debitam ab intestato portionis praestet incolu-

mem, l. si totas, 5. ibi, debitum bonorum subsidium, l. si mater 7. ibi, vt quarta partis, leg. si liqueat. 8. in prin. ibi, pro ratione quartae. C. de inofficiof. donationib. Quae sententia & hoc argumentum confirmatur: Ad subiuendam inofficiose testamenti querelam sufficit legitimam liberis esse relictam d. l. si totas 6. & d. l. si mater 7. C. d. tit. Ast. ad similitudinem querelae inofficiose testamenti introducta est querela inofficiose donationis, d. l. 2. d. l. 4. in fin. & d. l. vlt. C. eod. Ergo non in solidum, sed ratione tantum legitimae immoderata isthaec donatio rescinditur. Et sic, post Clarum nostrum, & ab eo citatos, tenent Andr. Gail. lib. 2. obseruat. 38. & obseruat. 116. num. 4. Donel. d. lib. 19. Comment. de iur. ciu. c. 11. pag. 314. & seq. Hofque al legans D. Bocer. d. c. 3. nu. 105. & seq. vbi Anton Fabri lib. 3. coniectur. iur. cap. 17. & aliorum dissentientia argumenta abunde refellit. Eadem & nos diluimus ad §. alia autem 2. Infit. de donat. numer. 138. & seqq. Enimvero si filius & re, & consil. sit inofficiofa parentis donatio in ex raneum collata, in totum reuocatur, & rescinditur. Atque ita, praeclarum nostrum, & Giacharium, alioque ab ijs laudatos, docent Doctores communiter, vt testatur Emanuel Soares. in thesaur. recept. sentent. sub lit. D. in ver. donatio. num. 251. Bocer. d. c. 3. num. 107. & Mozzius in tract. de donationib. sub tit. vltim. num. 91. & seq. vbi omnia illa, quae Clarus hic tradit, pene, ad verbum expedit, & comprobat.

Illud porro hic addendum: quod si actio, qua reuocatur inofficiofa donatio, est vel actio familiaris eriscundae, si pater in vnum ex filiis familias omne suum patrimonium quoddam immoere liberalitatis impetu effudit, dicit. leg. secunda C. de inofficiof. donationibus vel est petitio restitutionis in integrum, si donator ob minorem aetatem patrimonium suum donatione exhaust. dicit. leg. si filius 4. vbi Sichard. C. d. tit. vel est querela

sa, quando donans non retinet in patrimonio tantum, quantum capit legitima filiorum: hoc casu adhuc est distinguendum. Nam aut talis donatio est facta vni ex filiis, & tunc siue donatio sit inofficiofa re tantum, siue sit inofficiofa re, & consilio, nunquam reuocatur, nisi vsque ad legitimam aliorum, filiorum l. si liqueat, C. de inofficiof. dona. Ita tenet Bart. in d. S. Imper. num. 1. & est communis opinio, vt ait Picus in l. post contractum, post nu. 3. ff. de donat. Betran. consil. 179. post. num. 8. lib. 2. in 2. parte: faciunt, quae dixi supra, quaest. prox. in d. vers. Secundo inferitur. Aut vero est facta extraneo, & tunc si est inofficiofa re tantum, reuocatur solummodo vsque ad legitimam. Tex. est in l. 1. 2. & 3. C. de inofficiof. donat. Si vero est inofficiofa re, & consilio, reuocatur in totum. Ita tenet Bart. in d. S. Imperator, p. si nu. 1. & est communis opin. vt dicit Aret. conf. 47. post. nu. 3. Socin. inter consilia Curtij sen. conf. 2. num. 1. Iaf. in Authen. vnde dixi in precedenti quaest. C. de inofficiof. test. Picus in d. l. post contractum, nu. 6. Curt. sen. consil. 3. nu. 39. Paris. conf. 72. num. 28. & seq. lib. 1. & conf. 73. nu. 26. & seq. eod. vol. Nat. conf. 126. nu. 3. Soc. iun. conf. 67. lib. 2. Dicitur autem donatio inofficiofa re, & consilio, quando pater ex proposito illam facit ad prauidicium filiorum, & sic vltra legationem, qua re ipsa interuenit, concurrat etiam animus, & consilium paternum in damnium filiorum. Et haec nota ad intelligentiam terminorum, quos multi ignorat.

Haec autem omnia, quae superius dicta sunt de inofficiofis donationibus reuocandis, locum habent non solum in donatione simpliciter facta, sed etiam in donatione

querela inofficiose donationis, l. cum donationibus 6. ibi, vt sit in hoc actionis, &c. C. d. tit. Et quidem est actio in rem: cum ad similitudinem querelae inofficiose testamenti sit introducta, dicit. leg. 2. 4. & vlt. C. de inofficiof. donat. quae & ipsam in re actio est, l. qui repudiantis 17. in prin. ibi, non recte vindicasset, ff. de inofficiof. test. D. Bocer. d. Comment. de donat. c. 3. num. 108. & class. 2. disput. 19. th. 46. & seq. Harprec.

d Iuramento confirmata: aduc enim potest non obstante iuramento reuocari. Ita dicit Bart. in d. S. Imperator. num. 5. & est communis opin. a qua nemo discrepat, vt ait Curt. sen. in d. conf. 1. nu. 15. quem refert Didac. lib. 1. resolu. c. 19. vers. ceterum. Cum enim dispositio tituli de inofficiof. donat. sit introducta a fauore filiorum, non debet patris iuramentum in eorum prauidicium aliquid operari.

sed quid si pater ipse filio aliquid relinquit, nunquid poterit adhuc donationem inofficiofam extraneo factam in totum reuocare? Resp. quod no: sed hoc casu solummodo reuocatur vsque ad legitimam. Ita dicit Bart. in dicit. S. Imperator post nu. 1. & est communis opin. vt attestatur Bertrand. consil.

QUESTIO XXV.

SUMMARIA. Ex Claro.

- 1 Donatio ob causam causa non secuta ipso iure reuocatur.
- 2 Donatio causa mortis potest quandoque reuocari.
- 3 Et quid si post reuocationem donator sine haerede deceaserit.
- 4 Et an propter conualescentiam donantis censetur reuocata donatio causa mortis.

Ex Additionibus.

- 1 Donatio ob causam, cessante causa, ipso iure reuocatur.
- 2 Donatio propter nuptias quatenus reuocetur.
- 3 Mortis causa donatio quomodo resoluatur.
- 4 Quando reuocetur ipso iure.

ADDITIONES.

a Donatio ob causam.] Et donatio quando vere dicatur ob causam, vide per Crauet. in consil. 103. in prin. 85. & 306. Dec. in l. vt libertis, colum. fin. C. de colum. Nec dicit proprie donatio per Crauet. dicit. consil. 85. & 136. & vide per Natta in consil. 609. numer. 6. Nec requirit insinuationem, vt per Cephal. in consil. 272. nu. 128. Differt. etenim ab alijs donationibus, vt per Tiraq. dicit. leg. si vnquam. fol. 174. An dicatur illa, quae fit in praemium emancipationis? vide ibid. Et haec donatio pacto nudo producit actionem, vt per Ruius consil. 54. Item dicitur donatio ob causam, quando fit per patrem dotis causa: secus si per extraneum, vt per Iaf. 171. lib. 4. Et scias quod donatio ob causam filio a patre factam ei debet in legitimam computari. Istam regulam quinque limitationibus vide per Duen. reg. 222. fol. 217. & vltra limitationes enunciatas ibid. limita etiam vt per Crauet. in conf. 85. numer. 6. & 7. & an donatio facta ob causam propter benemerita seruitorum praefitorum, & praestandorum possit reuocari, vidi per Marti. Iul. Clar. Sentent. Pract. Ciuil.

QUEST. XXV.

Prater has reuocationis causas, de quibus precedentibus quaestionibus tractatum est scire etiam debes, quae donatio, ob causam, si causa non est secuta, ipso iure reuocatur, & donanti competit rei vindicatio. Text. est in leg. 1.

38. nu. 3. lib. 1. in 2. part. Sicut etiam videmus, quod filius, cui aliquid est titulo institutionis relictum, etiam minus legitima, non potest testam. impugna re, sed tantummodo petere ipsius legitimae supplementu, vt dixi sup. lib. 3. §. testamentu. q. 38.

Et haec quidem conclusio locum habet in his tantum, quae pater donationis titulo in aliu transtulit: sed si pater aliquid alienauerit titulo oneroso, eo casu non est locus reuocationi. Et licet Bart. in l. non vsquadeo, post n. 1. ff. si quis a parente suo sine man. tenuerit contrarium, s. quod imo potest reuocare saltem vsque ad legitimam: tamen magis communis opin. est. quod nullo modo potest reuocare, neque vsque ad legitimam. Et ita hanc opin. contra Bart. dicit esse communem Rub. in d. S. Imperator, num. 30. & seq. ff. de leg. 2. Picus in d. l. post contractum num. 13. circa fin. & num. 15. vbi loquitur etiam quando fraus patris in ipsa alienatione interuenit. Quae tamen conclusio mihi sepe visa fuit nimis rigorosa: & ideo vbi apparet, quae ille tertius fuisset particeps fraudis, libere inclinarem in sententiam Bar. vt s. esset locus reuocationi, saltem vsque ad legitimam. Et haec opin. aequior est, vt omnes fatentur

- 5 Quando reuocetur voluntate donantis subsequente contraria.
- 6 Expressa donatoris penitentia quomodo fiat, & probetur.
- 7 Et quid si donans sine haerede deceaserit, an tunc etiam donatio mortis causa ex penitentia reuocetur.
- 8 Paria sunt, aliquid valere, vel esse nullum, & de nullitate dici non posse.
- 9 Donatio mortis causa quomodo tacite resoluatur.
- 10 Si donator aliquem omnium suorum bonorum haeridem instituit, per hanc subsequentem haeredis institutionem donatio illa reuocata non censetur.
- 11 Donatio mortis causa reuocatur per graues inimicitias inter donantem, & donatarium superuenientes.
- 12 An eadem donatio ob conualescentiam donatoris reuocata intelligatur, remissive.
- 13 Quae actio competat ex donatione causa mortis, remissive.

Angui. in conf. 79. numer. 37. Item vt dicatur facta ob causam requiritur, quod sit facta ob causam necessariam, quae excludit liberalitatem, vt per Roland. in consil. 70. num. 7. vol. 4. & 44. numer. eod. vbi tamen in 1. dub. tenet per plura donationem filio factam a patre ob causam matrimonij haud dici simplicem, sed ob causam finalem, ut matrimonium fortiter effectum, & in 2. cap. consultus etiam respondet, huiusmodi donationem imputari filio in legitimam, & contraria diluit. Et dixi supra. Giach.

Donatio ob causam, si causa non est secuta ipso iure reuocatur. Quod si donatio ob causam, cessante, & deficiente causa ipso iure reuocetur, & donanti rei vindicatio competit, post Clarum nostrum, tradit Petrus Nicol. Mozz. in tract. de donationib. tit. vlt. quomodo annullatur, & reuocetur donatio. n. 17. ubi n. 18. subiicit, quod si donatio propter nuptias non reuocetur, nisi morte, uel adulterio. l. ult. §. inter causas 2. C. de repudijs, &c. Harprec.

b Potest a donatore quandoque reuocari.] Fallit, si in ea appositum sit pactum de non reuocando; quia tunc transit in contractum inter uiuos, per tex. in leg. ubi ita donatur ff. de don.